

mendose legisse illos fateamur oportet, quod etiam ante nos Recentiores quique Interpretes agnoscetes, duces illos ea in re deseruerunt.

b Vaomaz im Kinni egvab Vechachol ar-beb Jamim.

Tertia superest lectio in hunc sensum (b). Dicebam: In nidulo meo moriar, & sicut arena multiplicabo dies. Quemadmodum enim Jobus florentibus rebus suis, & vitam proborum operum exercitio felicem ducens, letam sibi mortem quietamque in aede sua & lectulo filiorum coronam cincto ominabatur: ita pariter, cum in summas angustias malis oppressus, lepra affectus, vermibus exesus devenisset, nullam sibi letam diem sperare audebat; cum tamen aversos a calamitate sua oculos in Deum figebat, extinctae spei igniculos alios quos excitans, letiora sibi & augurabatur, & sperabat; tum & futuram vitam animo contemplatus, carnis suae resurrectionem & immortalem post corruptionem vitam sibi spondebat. Neque haec tantum, sed & Jesu Christi resurrectionem oraculo suscipit

praedicendam, qui e pulvere & favilla sepulchri vitae igniculum excitans, resurrectionis suae exemplo ceteros in spem resurrectionis perennisque vitae erigeret.

Porro interpretationem illam vindicant 1. Ipsa rei evidentia. Deducta enim ab arena similitudo pro annorum & bonorum multitudine exprimentam, Scripturae maxime familiaris est. 2. Genuina verborum Originalis significatio, quae variis Scripturae locis consonat. 3. Peritissimorum Interpretum ea in re consensus, ut Chaldaei, Syriaci, Arabici, Montani, Pagnini, Munsterii, Castalonis, Junii, Tremellii, Merceri, Vatabli, Codurci, & plurium aliorum. 4. Tandem Rabbini, qui vocem Chol reddunt avem quandam immortalem, quae a vetito fructu abstinerit, fabellam venditant adeo putidam, ut nullam fidem, nihilque sibi deferri mereantur. Postrema igitur haec explicatio praeferenda ceteris videtur.

IN DUOS LIBROS MACCHABÆORUM. PROLEGOMENON.

Post restitutos in priores sedes Babylonicam captivitate soluta Judaeos, nova plane Republica forma a veteri diversa inducta est. Mansit enim regio Persis, quorum beneficio libertatem receperat, tributaria, & Praefectis eorum arbitrio constitutis submissa. Praefuit igitur omnium primus Saffabasar a Cyro datus, quem Persam, & plane a Zorobabele diversum esse arbitramur (a). Mansit ille in provincia usque ad Regnum Assueri, alio nomine Smerdis Magi, qui iussos ab aedificio Templi abstinere Judaeos, Syriae Praefidi regendos assignavit (b). Secundum haec, Esdras facultate Artaxerxis Longimani, praefecturae regionis auctus in Judaeam venit (c); sed adversarios gentis suae amulos nactus, sive quod Aulae Persarum in expeditione Aegyptiaca occupata praesidio destitueretur, sive tandem quod necessaria tanto muneri auctoritas viro defuisset, inquietam magnisque turbis agitatam habuit Rempublicam.

a Vide 1. Esdr. 18. 11. & Commentar. ibid.

b Vide 1. Esdr. 14. 6. 7. & c. & 17. 18. 22. 23. & 5. 3. & c. & 6. 13.

c Vide 1. Esdr. 7. 25.

d 2. Esdr. 1. 10. & 3. 7. 8. & 6. 2.

e 2. Esdr. 5. 15.

Labentes res populi sui intelligens Nehemias, ab eodem Artaxerse Rege Persarum eadem praefectura impetrata in regionem se contulit (d), potestate pariter construendorum menium & portarum Jerusalem auctus. Commissum sibi munus tanta virtutis & sapientiae laude obivit, ut de Republica summa auctoritate disponderet, neque populo oneri esset, quemadmodum ceteri ante ipsum Persae regionis Praefides dati; quibus 40. siclorum vestigial dietim pendebatur (e). Neque ceteros tantum

Artaxerxes Ochus domitae Phoeniciae & Aegy-

f 2. Esdr. 13. 4. 8. 9. 28.

g Vide nos. Comment. in Zach. 3. 7.

h Joseph. lib. 11. cap. 7. Antiq.

i Georg. Syn. cell. ex Jul. African. Orat. lib. 31. cap. 7. Vide & Usser. ad annum. 3654.

k Joseph. Antiq. lib. 11. cap. 8.

l Vide Usser. ad A. M. 3684. Diodor. cum Appiano in Syriae. pag. 119. 121. Pausan. in Attic. pag. 5. Joseph. Antiq. lib. 12. cap. 1. Aristot. de 70. Interpret. in Vide Diodor. Sicul. Olymp. 117. A. M. 3692. & 3693. n Vide Usser. ad A. M. 3721. o Sever. Sulpit. hist. Sacr. lib. 2. p Idem lib. 12. cap. 2. q Joseph. lib. 2. contra Appion. r 3. Macc. 1. Polyb. lib. 5. pag. 422. & c.

Aegypti spolia pluribus in captivitate adductis Judaeis auxit; quos ad incolendam misit Hircaniam, regionem Maris Caspii, & ipsam pariter Babylonem; ibique mansisse etiam Judaeos diu post Jesu Christi aetatem, reducendosque tandem statim divinitus die Veteres quidam autumarunt (i).

Toto temporis spatio Republicae administrationis Summis Sacerdotibus relicta videtur, cum Alexander Magnus in Syriam veniens, Jaddum Summum eorum Sacerdotem ad deditorem sollicitavit, iisdem propositis conditionibus oneribusque, quibus ad id usque Dario servierat. Recutavit Jaddus, Persarum Regibus fidem suam sacramento obligasse caustus (k). Dein vero parendum victori consuit, cum & nihil praesidi manere sibi in Persis intellexeret, & victoris armis sustinendis impares essent Judaei. Mansit igitur subiecta Macedoniae regio, quemadmodum olim Persarum Regibus paruit.

Sublato Alexandro, Judaea fortunam Syriae, cujus illa portio habebatur, secuta est; & cum inter Syriam & Aegyptum media versaretur regio, utriusque provinciae vices, quas sive ambitio regnandi sive duorum amplissimorum Regum potentia inducebat, experta est. Perdiccas & Antipater primo regendam commiserunt Laomedonti Mitylengo, quem Ptolemaeus Lagi Rex Aegypti pecunia corrumpere frustra tentavit. Cum igitur nihil pecuniam valuisset Aegyptius, Nicanorem unum ex amicis suis ad edomandam Syriam & Phoeniciam non improspere successu misit. Interim Ptolemaeus copias in Judaeam ducens, dolo Jerosolymam cepit, everisque moenibus triumphantis more 100000. Judaeorum trahens, in Aegyptum regressus est. Ex his Judaeis 30000. creiter selectissimos in suum exercitum adscivit, potissimum quoque arcium custodiam illis commissa (l). Post 5. vel 6. annos Antigonus eadem provincias ditioni suae adjecit; sed cum defendendas reliquisset Demetrio filio suo, ille a Ptolemaeo victus in praedam victoris omnia reliquit (m). Accurrens statim Antigonus, pulso Ptolemao ditionem suam vindicavit (n). Successu temporis Seleucus Nicanor tributariam sibi eandem provinciam reddens, administrandam reliquit Summis Sacerdotibus Judaeorum, imposito 300. talentorum tributo (o). Judaeum populum summis beneficiis devinciendum sibi Ptolemaeus Philadelphus Rex Aegypti suscepit (p). Ad eundem Regem pertinuisse tum temporis Provinciam & historia Septuaginta insinuat, & S. Hieronymus in Ezechielem 25. aperte testatur. Patris in Judaeos amorem amulatus est Ptolemaeus Evergetes, qui Jerusalem veniens, plurima in Templo munera consecravit (q). Antiochus Magnus Syria, Phoenicia, & Palaestina Philoporem expoliavit, sicut & ille vicissim ab eodem Philopatore deinde expoliatus est, insigni praedio victus juxta Raphiam urbem in finibus Aegypti (r). De prospero hujus victoriae successu gratias acturus Philopator, Jerosolymam sacrificia oblaturus ve-

nit; sed ab aditu penetralium Templi a Sacerdotibus exclusus, adeo in Judaeos exarsit, ut in Aegyptum redux ejus regionis Judaeos omnes perdendos susceperit, quemadmodum in tertio Macchabaeorum relatum est. Deus tamen fidissimi sibi populi patronum se exhibens, id commisit, ut Rex & voluntatem mutaret & consilia.

Dum in vivis egit Philopator, quia omnia ab Antiocho; sed illo fati functo, Asiae provincias Regibus Aegypti subiectas invasit. Aversis deinde aliis armis vacuum regionem Scopas a Ptolemaeo Epiphane cum exercitu missus recepit, occupato interim Antiocho in bello cum Attalo Rege Pergami (s). Brevi tamen ille Scopam in ordinem redegit, & cum inter primores, qui ad partes suas transferant, Summum Sacerdotem Judaeorum habuisset, receptusque ab illo Jerosolymam venisset, praestitum sibi obsequium pluribus collatis beneficiis rependit.

s Vide Joseph. Antiq. lib. 12. cap. 3. & Vailant. pag. 109.

Conciliatis interim ab Antiocho inter Cleopatram filiam suam & Ptolemaem Epiphane Regem Aegypti nuptiis, genero attribuit Phoeniciam, Judaeam, CoeleSyriam, & Samariam, ea tamen conditione ut tributa aequis portionibus inter Syriae & Aegypti Reges dividerentur (t).

t Vide Joseph. Antiq. lib. 12. cap. 5. 2. Macc. 3. Hieron. in Dan. 11.

Is rerum status aliquanto mansit, quietis interim manentibus Judaeae rebus sub Antiocho Magno, & Seleuco Philopatore, qui in Regno successit. Quamquam postremo isto rerum potente, ad expilandum Sacrum Atrium Heliodorus Jerosolymam missus est; sed dirae animadversioni ab Angelo subiectus re infecta abiit, & cum a Rege tentare iterum inceptum juberetur, si quem habes hostem, mitte illum (u), reposuit.

u 2. Macc. 3. 1. 38.

Antiochus Epiphane, quo rerum potente maxima rerum, quae in Libris Canonice Macchabaeorum referuntur, portio contigit, Seleuco Eupatori successerat. Manserat ille aliquanto Romae obses pro Antiocho Magno parente; sed frater ipsius Seleucus Rex Syriae consilium agitans vindicandi sibi quae cumque pater suus Regibus Aegypti cesserat, restitui sibi Epiphane, missis in ejus locum Demetrio filio suo, a Senatu Romano precariis obtinuit. Epiphane reduce, Seleucus interim diem clausit; quare Epiphane ipse fati opportunum in Regnum veniens, & Regia insignia capere, & continere in officio Aegypti Duces, Syriam invadere tentantes, valuit. Namque comparato in illos exercitu, non ab incepto tantum invadendi alienam regionem abstinere, sed suam potius defensionem parare coegit.

Interim Jason frater Oniae III. Summi Sacerdotis grandi pecunia sacrae item & civilem gentis suae dignitatem ab Epiphane emerat. Ejus opera constructum Jerosolymis gymnasium in usum Graecarum exercitationum, ex quo & in mores extraneos studium, & in proprias Leges avitofque mores & religionem contemptus inducus est. Antiochus agitatam olim consilium, adjiciendi scilicet ditioni suae Aegyptum, menti altius imprimens, ex quo rebus praesae infantem, & dispo-

rim

rim ab Eunuchis de Republica intellexit, hanc sibi movendi arma causam præten-

Cum in ea expeditione occuparetur, falsus de ejus cæde vulgatus rumor Jero-

Inter hæc Mathathias ipse animam adu-

Hujus victoriæ fructus, & subacta Ju-

Judaorum exterminium, eadem, stra-

Sub idem tempus, cum Lysias omnium

Post ejus obitum utraque dignitas sa-

Interea bellum in Syria inter duos Re-

tes secuti sunt, cujus & favores & ami-

Joannes Hircanus post illum Reipublice

x Joseph. & 4. Macc. Sed Ulf. ser. Euseb. S. Hieron. 29. an assignant.

y Origen. apud Euseb. lib. 6. cap. ult. hist. Eccles. seu po- titus, sarbes sarbe el.

z Hieron. Prolog. Galeato. Macchabæo- rum primum librum Hebrai- cum reperi.

a Ita Drus. Prefat. in Libb. V. T. Huet. Demon- strat. Evan- gel. propos. 4. b Sepher has- chamonim. Vi- de Drus. Pra- fat. in hos Libb.

Porrò ea Versio vetustissima est, cum olim

Perfasum habemus, Opus illud ex pu-

Historiam complectitur 40. annorum ab

Secundus Macchabæorum Liber sum-

c 2. Macc. 2. 14. d 1. Macc. 16. ult.

e 1. Macc. 16. ult.

f 1. Maccab. 16. ult. S. Clemens Alex- andrinus Strom. lib. 5. p. 595. Opus illud appellat Macchabæo- rum Epito- men.

g 2. Macc. 2. 20. 21. 22. 23. 24.

h Vide Grot. ad 2. Macc. Prefat. & Comment. ad 12. 2. & 12. 1. 19. 21. 22. 23. 26. & 14. 22. Vide & Huet. Demonstrat. Evangel. pro- pos. 4.

Licet autem secundus iste Macchabæo-